JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

S
F
1623
*

8.5.5.8
H.89501.

FLORESTA LATINA,

CVLTA EN HONRA, Y alabança de dos belliſsimas plantas, y ſantiſsimas Virgines,

LVCIA, Y PETRONILA:

POR VNOS AFICIONADOS SVYOS.

Dedicada à D Carlos Colon Pacheco de Cordoua, y Bocanegra, Marques de Villamayor, y Adelantado de la Nueua Galizia, ſeñor de Fos, y el Mayorazgo.

CON LICENCIA.

En Mexico. En la Imprenta del Bachiller Iuan de Alcaçar. Año de 1623.

LICENCIA.

DON Diego Carrillo de Mendoça Pimentel, Conde de Priego, Marques de Gelues, del Consejo de Guerra, Comendador de Villanueua de la Fuéte. Virrey Lugarteniente del Rey nuestro señor, Gouernador, y Capitan General desta Nueuaespaña, y Presidéte de la Audiencia, y Chancilleria Real que en ella reside, &c. Por quanto el Bachiller Iuan de Alcaçar me ha hecho relacion, que han llegado a sus manos vnos versos, que se intitulã Floresta Latina en alabança de santa Lucia, y santa Petronila; me pidio mandasse darle licencia para poderlos imprimir. Mandè que lo viesse el *P. F.* Bartolome de Burguillos mi Confessor, de la Orden de san Francisco, y diesse su parecer: el qual le dio de no auer hallado cosa por donde no se deua imprimir, y seria de vtilidad que saliesse a luz. Por tanto, por la presente doy licencia al dicho Bachiller Iuan de Alcaçar, para que teniédola del Ordinario, pueda libremente imprimir, e imprimã el dicho tratado de Floresta Latina, por vn año primero siguiente. Y mando, que el, y no otra persona, durante el dicho tiempo lo pueda hazer, sino la que huuiere su poder, so pena de cien pesos para la Camara de su Magestad, y fabricas reales por mitad. Y mando que en ello no se le ponga impedimento alguno. Fecho en Mexico a 18. dias del mes de Agosto, de 1623. años.

El Conde de Priego.

Por mandado del Virrey.

Luys de Touar Godinez

Par

Parecer del P. Fr. Bartolome de Burgillos.

AViendo visto por mandado de V.E. esta Floresta Latina, no he hallado cosa por donde no deua imprimirse: antes entiendo serà de vtilidad que salga a luz, para que à imitacion de los versos deste tratado, se animen los estudiantes a exercitar sus ingenios. En san Diego de Mexico a 18. de Agosto de 1623. años.

Fray Bartolome de Burguillos.

Licencia del Ordinario.

REmito esta Floresta Latina al señor Doctor Nicolas de la Torre, Canonigo Magistral desta santa Yglesia Catedral, dara que la vea, y de su parecer para que se imprima. Y con el, y su aprouacion, desde luego doy licencia a qualquiera impressor desta ciudad para que lo pueda hazer. Fecho en 12. de Agosto de 1623.

Doctor Pedro Garces de Portillo,

APROVACION.

ESta Floresta Latina hecha en honor y alabança de las gloriosissimas Virgines Lucia, y Petronila, està llena de variedad y elegancia de versos, flores de lucidos ingenios, bien empleados en celebrar tales Santas. No tiene cosa que desdiga de nuestra Religion Christriana. Y assi lo tengo por digna de impression, conforme a la licencia del señor Prouisor. Fecha en 14. de Agosto de años 1623.

El Doctor Nicolas de la Torre.

Nobilitant oculi Luciæ tua ſtemmata Princeps.
Et decorat Luciæ lumina ſtemma tuum.



Stemmata iunge oculis, oculos cũ ſtemmate iun
Vt decorent terras lumina, ſtemma Polum.

A DON CARLOS COLON PACHECO DE Cordoua, Marques de Villamayor.

SONETO

PENAS Llegaron à mis manos eſtas poeſias Latinas, quando luego en mi penſamiento, por mil titulos las ofreci à las de V.S. pues ni por mayores, ni masnobles, ni mas antiguos, ſe la gana à V. S. lo mas luzido deſta Nueuaeſpaña. Y ſino, traslado al timbre, y blaſon que hermoſea el frontiſpicio deſta obra, armas de V.S. que cada coſa de por ſi, todas juntas, publican à la ſorda, la mayoria, nobleza y antiguedad que yo pregono à vozes. Quantoimas, de la deuocion, y deuda que V. S. reconoce para con las ſantas Virgines, haze mi ofrecimiẽto mas digno de todo fauor, y amparo. Eſte ſuplico, para que con tan buena mano, nadie ſe atreua a darme de mano, ſino fueſſe para alabar mi deſſeo, reſpectar a V. S. y honrar à Dios en ſus Santas y glorioſas Virgines: cuyo Patrocinio rueue al cielo colme el de V.S. por largos años.

Bachiller Iuan de Alcaçar.

Del P. Fr. Lazaro de Torres, de la Orden del Serafico P.S. Francisco. Comissario de la Orden Tercera.

SONETO.

Con viuo amor, y con gallardo zelo,
Inspirada de Dios, valor profundo,
Para no dar de ojos en el mundo,
Lucia dio de ojos en el cielo.

Del rostro eclipsa en rojo paralelo
Dos soles con espanto del profundo,
Y al barbaro que amor abrasa inmundo,
El incendio de amor conuirtio en yelo.

Puso los ojos el Esposo santo
En Lucia, mas ella luz tan clara,
Con los ojos le dio sangre por llanto.

Otros le dio el Señor con que mirara,
Mas la gloria le vino a costar tanto,
Que le costò los ojosde la cara.

Al

Al libro, y al ſugeto del, por el Doctor Rodrigo Muñoz

REDONDILLAS.

De vueſtro libro las hojas
Son vn precioſo teſoro
Son hojas, y letras de oro,
De ſangre eſmaltadas rojas.
Hojas pues q̃ tambien tratan,
De ojos tambien raſgados
Por el que fueron criados,
Los mas ojos arrebatan.
Tales hojas, y ojos tales,
Libro, y ojos de Lucia,
Dan [qual Sol al medio dia]
Reſplandores celeſtiales.
Aficionado el Tyrano
Deſtos tan hermoſos ojos,
Quedò como dio de ojos,
El ciego, y ſu intẽto envano.
Sacòſe los claros ojos
Por Ieſus ſu dulce amado,
Y vos de ſu luz pagado,
Sacays à luz ſus deſpojos.
Cobrò por ojos dos ſoles
Eſta niña virgen pura,
Que al mũdo en ſu noche obſcura,
Son eſtrellas, y faroles.
Ojos tan bellos no he viſto,
Ni celebrados tambien,
Ojos ſin viſta, y que ven
Raſgados à Ieſu Chriſto.

De vn deuoto de las Santas.

SONETO.

Bien puedes Amor ciego [si es que tienes
poder para no ser] prestarme luego
Las flechas de oro, y el carcax de fuego,
Con que ardiente y galan armado vienes.

Que ya Lauros coronan otras sienes,
Y en otro amor mas firme, y menos ciego
Emplea el monte del Castalio riego
La madura cosecha de sus bienes.

Petronila en sufrir es amor fuerte,
Y Lucia sin ojos no da de ojos,
Porque la guia el que los tiene buenos.

De donde los Poetas desta suerte,
Tendran por galardon de sus despojos
Lo mas del cielo, y del amor lo menos.

PRO-

PROLOGO AL LECTOR.

NO Sin acuerdo diuino [presagio de valientes ingenios] mandò Dios que el Sumo Sacerdote ostentasse en la tabla de su pecho vna lamina de oro, que es lo mismo que la mina de infinitos tesoros, y arcanos superiores: donde campeassen doze piedras finissimas, que en figura y ta-
a de ojos humanos (como cuenta Philon Iudio, en las
ntigvedades de la Biblia) le siruiessen de atalaya, y es-
olta, para descubrir secretos, que estan no menos que
isfraçados, y encubiertos con vna capa de cielo. Lo
esmo me parece sucede en este pequeño, si bien rico
rario de Poesias Latinas, donde se atesoran las alaban-
as, y grandezas de las glorioſissimas Virgines Lucia, y
etronila: por las piedras, la firmeza, y constancia de la
egunda, y por los ojos la hermosura, y belleza de la
rimera. Tesoro por cierto vistoso, y dondè con mas
bre fantasia, y discreto ingenio discurre el pinzel poe-
co. Pues el mas ordinario, si bien el mas delicado suge
de sus matizes y colores, es trasladar vizarrias de
os, y dibujar firmezas de amantes. Estas, y aquellas nos

pintan ingeniosas, y agudas poesias, que oy con tu licencia salen a vistas. En las quales Petronila ofrece vna piedra del toque, para prueua de vnos entendimientos como mil oros. Y Lucia les sirue de ojos, para que los del ingenio que la siruen de pies, puedan mirar hasta dó de llega la esphera, y actiuidad de los suyos. Solo quisiera [Candido Lector] que los tuvos fuessen de aguila, para que mirando de ito en ito, no al Sol, sino a los soles destos versos, que hermosamente hazen que campee el mas azañoso, y casto valor de Lucia: sufras los resplándores de sus rayos: y de paloma para leer con el animo senzillo que pide mi desseo, la agndeza, y sutileza de conceptos, que estos Epigramas publican.

EPI

EPIGRAMMATA.

SEBASTIANVS DE MEDINA Cauallero, Rhetoricus.

IN sine labe Deus voluit te Lucia virgo.
Quo mage digna fores sponsa futura Deo.
Sed grauis est oculis, facieq; parãda venustas
Est igitur species despicienda tibi?
Quare age, quid speciem deformas lumine dempto?
Virtute, & forma est conciliandus amor.
Sed neque fœdasti formam, neque adempta venustas,
Gratior est oculis forma notata tuis.
Vis animo est, facie species, si munera desunt.
Lumina, pro dotis pignore, redde Deo.

D. IOAN-

D. IOANNES DE CASAOS Rhetoricus.

SVnt oculi gemini manibus tibi Lucia virgo,
Sydera bina tibi credo dediſſe Polum.
Hos oculos virgo dicam duo ſydera cœli?
An potius dicam lumina bina ſoli?
Tu manibus geſtas radiantia ſydera: poſthac
Iure potes nitidus dicier ergo Polus.

GVNDISALVVS RODRIguez, Rhetoricus.

Super illud. Si oculus tuus ſcandalizat te, &c. Marc. 9.

INgentes animos anguſto in pectore verſas,
Has tibi quis vires Lucia præbet? Amor.
Cogit Amor Chriſti perituros perdere ocellos,
Aſt oculis intus fungeris ecce nouis.
Quam bene iuſſa Dei compleuit Lucia prudens,
Ne noceant, oculos eruit ipſa ſuos.
Pulchior aſt viſa eſt cœlo ſine lumine, talem
Chriſtus amat, talis ſponſaque digna Deo eſt.
Quid proſunt oculi fragiles tibi ſæue Tyranne?
Lucia ſi æther eas cæca videbit opes?

IOAN-

IOANNES DE MORALES, Rhetoricus.

IN manibus vigiles oculos quis viderit vnquam,
Flammea habent proprium lumina in ore locum.
Quid tibi sunt oculi manibus pulcherrima virgo?
Sunt ne adeo dextræ gesta oculata tuæ?
Quam bene diuinum poteris iam cernere sponsum,
Namque ore, & manibus lumina virgo geris.

IOANNES DE MORALES, Rhetoricus.

AVulsa in manibus dum sunt tibi lumina virgo,
Nulla tibi maior crescere forma potest.
Talia nam Christo soluisti pignora amoris,
Vt maiora tuus non dare possit amor.
Quam bene virgineos sponso largiris ocellos,
Namque nihil charis gratius est oculis.
Gratia inest oculis, donasti lumina amanti.
Quisquis amat, veri præstat amoris opes.
O amor, o pietas, oculos si euellere cogis,
Ad quid mortales cogere non poteris?

D. CHRISTOPHORVS CAVA Ileto, Rhetoricus.

LVcia & ales amor pariter fera prælia tentant,
Lucia luce caret, luce cupido caret.
Anceps ecce hæret victoria, fortis vterque,
Lucia cæca ferit, cæcus amorque ferit.
Lucia vince tamen, nam amor est sine lumine cæcus,
Lumine tu cernis nobiliore Deum.

D. IOANNES DE VILLALOBOS, Rhetoricus.

LVcia luminibus cum sis tam grata videnti,
Te Deus almus amat, reque Tyrannus amat.
Quilibet ex oculis fatiat se, & quilibet ardet
Vt sibi des oculos, quos tibi pinxit amor.
Sed cum turpis amor, semper sit cæcus, & alter
Lux oculis oculos cui dare rite potes?
Mutuat hinc oculos diuino Lucia amori,
Vt cæcam cæcus deinde Tyrannus amet.
Ducit Amor cæcam; fælix o Lucia, nam sic
Hoc duce diuini lumina amoris habes.

BAL-

BALTHASAR DE LA Torre, Rhetoricus.

QVæ noua connubij ratio? noua munera cerno.
Quando vnquam ſponſo lumina ſponſa dedit?
Quid ſacra virgo facis? facies ſine lumine monſtrum eſt
Luminibus Chriſto ſponſa dicata cares?
Aſt ſine luminibus ſponſo mage pulchra videris,
Et lucem ſolis tu ſine luce præis.

D. FRANCISCVS DE ARmenteros, Lhetoricus.

CEntum luminibus Paſtor Iunonius Argus,
Mercurij haud potuit tela videre Dei.
Cruit aſt caſtas hodie ſibi Lucia luces,
Nam ſine luminibus plus pia virgo videt.
Lumina quippe animi maiori luce niteſcunt,
Hęc ſatis, vt videat, quem cupit illa, Deum.

D. HYERONIMVS DE CA-
saos, Rhetoricus.

QVo te præcipue commendem nomine virgo?
Quæ laus pro meritis par queat esse tuis?
Magnum est diuitijs inopes releuasse paternis,
Maius at illecebras deseruisse fuit.
Magnum est immanis rabiem spreuisse Tiranni,
Suplicia at maius sponte subire fuit.
Magnum est innumeris vitam obiecisse periclis,
Ora oculis maius sed viduasse fuit.
Robur amoris amor nouus est, nam præbet amanti,
Munera semper amor nobiliora suo.

IOANNES BAPTISTA PA-
redes, Rhetoricus.

SI videas violas, si figas lumina in astra,
Si cernas flores, aspiciasque rosas.
Et pulcras dices violas, pulcra astra vocabis,
Et pulcros flores, candidulasque rosas.
Effigiem Luciæ si orbatam lumine cernas,
Pulcrior est, dices, Sydere, flore, rosis.
Si dum luce caret picturæ est gratia tanta,
Fulgenti in cælo gratia qualis erit?

PETRV

PETRVS DE YBARRA
Rhetoricus.

LVcia virginea euellis quid lumina fronte,
En sine luce tua lumine terra caret.
Eruis, vt nullus decor ore nitescat in orbo?
Falleris, en orbo plus nitet ore decor.
Auguror: humanis vis claudere lumina rebus,
Quo melius possis cernere mente Deum.

RVIDIAZ DE MENDOZA
Rhetoricus.

PIgnora ne desint dum Christo iungitur, ecce,
Dat pro dote oculos Lucia virgo Deo.
Virginis o factum nulli pietate secundum,
Nam quid fulgidulis charius est oculis?
Ergo quod illa habuit preciosum, & charius, illud
Decreuit sponso rite licare suo.
Parua hæc Christe tuæ mnnuscula suscipe sponsæ,
Esset si quid enim charius, illa daret.

HYERONIMVS DE LA Llana, Rhetoricus.

POmpa triumphalis: sed quis Lucia triumphat?
Res est ingenio non bene nota meo.
Ecce! Tyrannus auet dirus tua lumina, quando
Eruis, vt sponso sis mage pulchra tuo.
Quam bene virginitas præsefert alma decorem,
Virgineum monstrat quam bene pectus amor.
Gloriam amor generat, sequitur quoque gloria amorem.
Sed si magnus amor, gloria maior erit.

GVNDISALVVS RODRIguez, Rhetoricus.

DIALOGVS.

Preg. QVæ tam lucenti splendescit lumine virgo,
Quæ superat radijs astra, polumque suis?
Resp. Lucia, quæ falsos Veneris contempsit amores,
Vlla voluptatis quam neque forma rapit.

Preg.

Preg. Quid notat Angelicis manibus duo lumina ferre?
Quid capite auricomo lumina ferre duo?
Resp. Quę gestat manibus, lucem tibi, lumina præbent,
Quæ facie, Sophiæ, munera certa notant.
Preg. Quatuor vnde oculi? [*Resp.*] Vt Veneris fera bella fugaret
Illi oculos castos vellit, & addit amor.
O, amor, o nimium miranda potentia amoris,
Dum facis vt sapiens lumina mutet amans.

IOANNES DE HARO,
Rhetoricus.

FVlgida dum surgit roseis aurora capillis,
Igniuomo illustat Lucifer axe diem.
Non secus ipsa oculis virgo sanctissima fulges,
Et nostro præbes lumina clara solo.
Præbe igitur virgo nobis tua lumina, vt ista
Possimus post hac luce videre Deum.

PETRVS DE YBARRA
Rhetoricus.

LVmina sunt manibus, vultu sunt lumina, numquid
Hinc mente, hinc manibus lumina virgo geris?

Ista putem Phœbum, lustrat qui sydera, & illa
Lunam, quæ obscura candida nocte micant.
Aureus has luces dum Phœbus spectat Olympo,
Lumine luna egeat, stet sine luce dies.
Mutentur luces, sint Phebus lumina mentis.
Quæ manibus gestas lumina, noctis erunt.
Sol abeat licet, & perdat vaga luna nitorem,
Illustrare orbem sola Lucia potest.

D. IOANNES DE VILLA-lobos, Rhetoricus.

LVcia virgineos decoras quæ nomine cætus,
Cur tibi, sicst cæcus, lumina vellit, amor?
Cęcus non cęcæ vellit quid lumina? vel cur
Lumine cum careas nomina lucis habes?
Prębet amor, quod vellit amor, tibi lumina cæcus
Vellit amor, diuus nomina præbet amor.

FRANCISCVS DE HORTI-ga, Rhetoricus.

VIrgo flammigero mage lucens Lucia Phœbo,
Quod venit a magno lumine lumen habes.

Nome

Nomen lux, oculi luces, manus vtraque lux est,
Quam pulchra in cælo sydera cerno tuo.
Titan conde faces, condat sua sidera cælum,
Atque regat post hac Lucia solis equos.

LAVRENTIVS LOPEZ, Rhetoricus.

SOlis ad aspectum radiantia sydera Olimpo
Fulgent, & vario lumine luna nitet,
Cæleſti Luciæ radiant duo sydera vultu,
Sydera flammigero quæ mage sole micant.
Lumen vtrinque micat, tamẽ hoc discrimine, Olympus
Orbe micat, cælo sydera at ista micant.

D. PETRVS DE QVESADA Rhetoricus.

DIALOGVS.

Preg. AVrea quæ roseis surgens aurora capillis
Formosum nostro detegit orbe caput?

Resp. Lucia, quæ vanos Veneris contempſit amores,
Preſsit & illecebras dire Cupido tuas.
Preg. Ecquo conſpicuum deduxit nomine nomen?
Resp. Quod vincit Phœbi lampada luce ſua.
Preg. Sed quorſum rutilo candeſcit laurea flore?
Resp. Quippe datam conſtat non violaſſe fidem.
Preg. Lactea purpureis veſtita ruboribus ora?
Resp. Inclita martyrio bella rubente tulit.
Preg. Cur oculis, & luce caret? [*Resp.*] Rutilantior aſtris,
Nam rapit æterni pectora ſacra Dei.

IOANNES PARDO,
Rhetoricus.

COnſpicit immotam cum te Lucia Tyrannus,
Ardet, & ardentes admouet ira faces.
Maiori tamen ille rogo conſumitur, at tu
Gaudes, accenſas te iacis inque faces.
Additur igni ignis, creſcunt alimenta, ſed inter
Ardentes flammas tu mage virgo nites.
Aggerat ille faces, & cingeris vndique flammis,
Quippe tuum melius lumen in igne micat.

RO-

ROCHVS DE PASTRANA, Rhetoricus.

IGnivomis atrox flammis Paschasius vri
Virginis inuictę corpora casta iubet.
Sæue Tyranne satis iam vixi, Lucia dixit,
Pro Christo, dulcis sit mihi vita, mori.
Vrite me rigidæ flammę [mirabile dictu]
Nec lædunt flammæ, nec fugit illa rogos.
Desine mirari, nequeunt exurere flammæ,
Quando intus maior pectora flamma cremat.

LVDOVICVS DELGADILLO, Rhetoricus.

CORpore inoffenso percurrit Lucia flammas.
Gaudet, & ardenti vincier igne nequit.
Vt tamen æthereas flammas in pectore sensit,
Virgineo tales protulit ore sonos.
Quæ mora carnifices, flammis absumite vitam,
Mors etenim vitę causa perennis erit.

EMANVEL DE MEDRANO, Rhetoricus.

LVcia percutitur ferro, ferrum inclita vincit.
Et frustra accendis sæue Tyranne faces.
Cingitur en flammis niuei pro laude pudoris,
Sed vitrix victo clarior igne micat.
Nil armata face, aut ferro, nil dire Tyranne
Impietas contra pectora casta potest.

D. ILLEFONSVS DE Alaues.

SEstias in summa dum collocat arce lucernas
Leander sæuus pectora torret amor.
Lucia dum capitis luces ostentat in arce,
Igne Tyrannus atrox feruidiore calet.
Ne magis ergo tuo accendatur amore Tyrannus
Extingue ardentes virgo venusta faces.
Tolle pharum, vt veluti pulcher Leander in vndis,
O brutus hic flammas vincat amoris aquis.

PE-

PETRVS DE REGVERA
Humaniſta.

CVm te vidit amor, ſine lumine; dixit amoris
Imperium ne cupit Lucia habere meum?
Non capit imperium noſtrum duo ſceptra, ſed vnum,
Nulla mihi poterunt ponere ſceptra modum.
iſtitur ante Deum Luciæ cauſa & amoris,
Et Iouis imperio cauſa dirempta fuit.
ininos ſuper aſtra regat mea Lucia amores,
Humanaſque ſimul temperet ipſa faces.

PETRVS DE REGVERA
Humaniſta.

ARdet amore tui cæc⁹, Lucia, Tyran⁹,
Sed ioc⁹ eſt oculis cęc⁹ amore tuis.

PETRVS DE REGVERA, Humaniſta.

Me rapiunt oculi: dixit, Lucia Tirannus,
Nil oculis potuit charius eſſe mihi.
Sæpius id repetit, repetunt id munera amoris,
O quamtum ex oculis me ferus vrit amor!
Si tantum ex oculis [dixit Lucia] Tyranne
Vteris, ex oculis hoc quod amas, id habe.
Eruta mitto tibi, pro te, mea lumina amanti,
Nec meliora cupis, nec meliora dabo.

IOSEPHVS DE AGVILERA, Rhetoricus.

Lvmina ſunt ſoles, diuiſa in Pyxide, & ore
Oſtentas, & habet lumen, vterque, ſuum
Lucia, clara dies fit lumine clarior vno:
Vincis enim ſoles Lucia ſole tuo.
Erutus aſt alius toto ſplendeſcit in orbe,
Sic eſt ex oculis lux oculata tuis.
Vnde tuo, quidquid ſplendet, ſi lumine, lucet.
Clarior o quantum lumine cæcus erit!

HYE-

HYERONIMVS DE LA Llana, Rhetoricus.

SVnt oculi ſtellæ, quibus eſt Lucia venuſta,
Sed ſolum in tenebris ſydera clara micant.
Eruis aſt oculos, ſtellas caligine verſas.
Et tua ſic facies nox fuit atra ſimul.
Quid tenebris Lucia lates, num crimen habetur
Eruere ex oculis, quod male luſsit Amor?
Non eſt crimen Amor ſed tanto in pectore, & vmbris
Plus, quid ſint, noui lumina, quid ſit Amor.

IOANNES CANALEIO Rhetoricus.

SÆua tuis oculis Amor infert arma Tyranno,
Et noua tela tuis hoſtis ab hoſte, capit.
Hoc pateris Lucia nefas? hoc virgo pudica,
Ferre potes? Puero quin prius arma cremes?
Hæc propria temerabo manu mea lumina, vt arma
Sæua cadant, & ſit victus inermis Amor.
Sed poſtquam proprias violaſti Lucia luces,
Cæcus in orbe ſolet cæcior eſſe puer.

DIDA

DIDACVS PEREZ ARROyo, Humaniſta.

VEnatrix pharetra, & iaculis inſtructa Diana es,
Sunt oculi pharetræ, tela coruſca, faces.
Iam vero & iaculis, gracili, atque orbata pharetra es,
Quomodo venari cæca Diana potes?
Abſque oculis venatur Amor; ſua ſpicula promit,
Et ſua de pharetra tela miniſtrat amor.
Sic pharetrata Deum virgo venabere: fixus
Inque tuas veniet præda beata manus.

PETRVS MERAZ, Humaniſta.

QVò magis inſidiatur Amor tibi, Lucia, turpis,
Hoc magis inſidijs fallitur acer amor.
Sollicitat blandis precibus, promittit, adorat,
Flagrat, tabeſcit, diſperit, ardet Amor.
Haud voti compos tibi vulnera mille minatur,
Luminibusque ſuis, lampadibuſque ſuis.
Ille furit, rides: ſuccenſet, deſpicis iras,
In te mille parat ſpicula, mille paras.
Ah vincis, lętorque dolis fallatur opertis:
Magna tua eſt facti gloria, magna Dei.

D. GAS-

D. GASPAR MANOSCA, Humaniſta.

GEmmiferum vidit laſciui mater Ameris
Vt natum: vnde, inquit, lumina pulchra tibi?
Lucia ait, fulgens virguncula tempora caſtis
Exuit his oculis, quos ego ſurripui.
Non igitur bene erunt oculi decora inclita Amoris?
Non iam oculis captus, mater, amare velim.
Tolle, inquit mater, non hæc tua lumina; tolle,
Quid tibi cum caſto lumine turpis Amor?

BARTHOLOMEVS A SOLIS, Humaniſta.

ATe lux oculis oritur lux aurea cæli:
A te ægris oculis lux venit alma meis.
Das luces ſine fonte, iubar ſine lampade, fulges
Abſque oculis, bino lumine capta nites.
Quis, rogo, diua hæc tam contraria munera iungit?
Non, puto, cæcus amor: quis? facit almus Amor.

HYERONIMVS ORTIZIVS Humaniſta.

EXtinxi nitidas oculorum ſponſe lucernas.
Extingui lucem ne patiare tuam.

GREGORIVS DOGAL, Humaniſta.

LVcia diua nitens, diuinique ardor Amoris
Ardua belligero prælia marte cient.
Hæc ferit, ille ferit; dubijs contenditur armis:
Tertia pugna inſtat, tertia pugna ruit.
Quo magis vrget Amor, diua hinc magis vrget amando:
Et iacit hæc tædas, & iacit ille faces.
Tandem victa cadis telo transfixa volanti:
Ante pedes ſponſi Lucia victa cadis,
Victor Amor, Dea victa mihi iam cede, reclamat,
Pulcrha triumphanti ſponte trophæa para.
Nolo caput, non tela tuis intorta lacertis,
Pro exuuijs caſti ſat mihi ſunt oculi.

NICO-

NICOLAVS MILLAN, Humaniſta.

QVàm bene das ſancto, vt ducat tua, lumina Amori.
Quàm bene lucenti lumina cæca Deo.
Non tua laſciuo puriſsima lumina Amori,
Dandaque non cæco lumina caſta Deo.
Cæcus Amor, cæcam ſi ducat, id inde neceſſe eſt.
In foueam cæcam cæcus vterque cadant.

DIDACVS A CASTRO. Humaniſta

LVcia ſponſa paras ſponſo conuiuia Ieſu:
Fercula ſunt oculi, dulciſluæque dapes.
Qui tamen iſte cibus poterit guſtarier ore?
Lumina non veniunt aptus ad ora cibus.
Delicijs ſponſus caſtis epulatur Amoris;
Inque oculis condit fercula condus Amor.
Accubat in menſa ſponſus; tonat ardor Amoris:
In dapibus; libat pocula ſponſus amans.
Nos cape ſponſe cibos, oculos cape: ſuauius eſt nil,
Nil ſponſę caſtis pulchrius eſt oculis.

IOAN-

IOANNES A QVIÑONES,
Humaniſta.

LVmine centeno cinctus Iunonius Argus,
Non bene ſeruo bouem pignora grata Deæ.
Si vigilo, teſtudo ſonat: delinior, altus
Occupat & ſenſim membra oculata ſopor.
Caſta puella tuos vellem, quos effodis: ecce
Ecce meos oculos, da mihi, quæſo tuos.
Verum oculos noſtros ſi deſpicis, at dabis iſtos:
Credo meis deſunt iſti oculis oculi.

HYERONIMVS A PANGOA
Humaniſta.

NOn opus eſt oculis ſoli, nam lucida flamma eſt.
Abſque oculis luces Lucia tota oculus.
Tota oculus fulges, tota es pulcherrima, tota
Sponſo grata tuo, tota venuſta Deo.
Es decorans cœlos oculus, terrasque decorans,
Sol veluti claris clarior arde oculis.

BARNABAS AB ARRIOLA, Humaniſta.

QVæ nitidos cæcis oculis pia reddis honores
Lucia, ſic opibus frons erit orba ſuis?
Das oculos, oculiſque cares: das Lucia luces,
Nec luces: cæcis lumina, cæca manes.
Nil tibi ſunt oculi, dum ſponſus luceat: illum
Quo minus ore vides, hoc mage mente vides.

IOANNES SANTOYO Humaniſta.

ANte aliàs formâ es belliſsima Lucia Nymphas;
In terris etiam caſta vocanda Venus.
Quod ſis læſa oculis, hinc non tantum eſſe probatur,
Cæcus Amor, cæca es tu quoque caſta Venus.

MATHEVS GALINDVS, Humaniſta.

LVmen eras noſtrum, perdis modò lumina, lumen,
Lumina ſydereis æmula luminibus.
Aurea frons gemino cælum ſuperabat ocello,
Cum roſeo claram panderet ore diem.
Hinc Sol vibrabat radios, hinc Luna nitebat;
Sol oculus dexter, Luna ſiniſter erat.
Quò lux clara tuis, & fulgor abiuit ocellis?
Quò decor ille tuus, quò nitor ille tuus?
Non abijt, ſed habet ſponſus mea lumina. Lux ſum
Pulcrior abſque oculis, clarior atque oculis.

MATHEVS GALINDVS, Humaniſta.

LVcia luce micat facies tua virgo ſerena,
Vt nitida lucem Lucifer arce vehit.
Cynthius vt rutilam iaculatur ab æthere lucem,
Vt roſeis lucet Delia vecta iugis.
Significat luces nomen, lucentius omen,
Candida lux oculis, lucida fax animis.

Lucida

Lucida depellis medicamine Lucia morbos,
Almæ te lucis dixero Luciferam_,

LAVRENTIVS PINELO. Humaniſta.

SVnt ignes oculi, roſeæ ſunt gemmulæ honoris,
Sunt ſpeculæ vigiles, candida ſunt ſpecula_.
Sunt cápitis dotes, frontis pretioſa ſupellex,
Ardenteſque arces, quas ſibi ſtruxit Amor.
Quid, rogo, ſydereos euoluis ſedibus orbes,
Si tanta eſt oculis gloria, tantus honos?
Nil mihi ſunt frontis merces, nil corporis aſtra_,
Nil ſpeculæ, gemmæ, ſydera, nil ſpecula_.
Dummodò ſit prò oculis ſponſus, dos aurea, mentis
Arx, ſpeculæ, ſpeculum, gloria, gemma, faces.

FRANCISCVS LEAL, Humaniſta.

DIc, rogo, virgo, oleum quæ ſic effundis, amanti
Qualis erit ſponſo grata lucerna tuo?

En venit: est oleum; nec lux est vlla lucernis.
Te sine luminibus nescio, sponsus ait.
Non opus est oculis sponsæ: mens casta lucerna est;
Vota oleum, candor lux, amor vnde calet.

AVGVSTINVS A LORANCA
Humanista.

SVnt oculi flores, idcirco mittimus horto:
Sydera sunt oculi, mittimus illa polo.
Sunt lapides pulchri, quærant diadematis orbem:
Munera sunt, sponso munera dono meo.
Hi vireant flores, tibi sydera nostra niteſcant,
Hi lapides abeant in diadema tuum.
Paruula sint quamuis hæc dona, sed accipe sponse,
Meque, meosque oculos tu tibi semper habe.

HYMNOS.

O SE LLAMARAN LOS
os, de aquellas piedras, precioſos, ſi el
lor dellas no les aquilatàra ſu belle-
. Ni los ojos de Lucia ſe dieran por
ntentos, ſi en la piedra de Petronila
cifràran todo el caudal de ſu hermo-
a. Eſta piedra es el ſugeto deſtas Poe-
as: quien quiſiere conocer ſu valor,
y precio, paſſe los ojos por
la elegancia deſtos
Hymnos.

O Felix Syria, Martia, ferreo
Quæ molles generas pectore virgines,
Quæ mallunt animam fundere candidam,
Quam connubia perpeti.

Virgo vix teneris nubilis artibus
Petronila Deo se vouet inclyta
Denudasse Iouem fulmina sentiat,
Nec cessisse laboribus.
Gaude gemma nitens, gemmaque splendida,
Quæ vincis precio Sydera fulgida,
Tu magnis decoras fracta laboribus
sponsi nobilis anulum.
Quis diuina queat dicere gàudia,
Quæ virgo moriens pectore concipit,
Cum facta astriferis pulcrior ignibus,
Fit sponso obuia amabili.
Petronila Dei sponsa ter optimi,
Orbes quę superas maxima cœlicos,
Ne cesses miseris munera promere,
Vitam ferre clientibus.

D. PETRVS DE QVESADA
Rhetoricus.

IAm Petronila æthereas per auras
Explicas gressus, frueriſque Olimpo,
Fers & optatam requiem laborum,
Maxima terris.
Hunc diem gentes celabrent per orbem,
Cordibus pellant, animisque curas,
Gaudio tandem Polus, atque terra
Gestiat omnis.

Nobilis

Nobilis virgo digitis lapillus,
Fit ſacri ſponſi precioſus, atque
Æſtubus longæ cruciata febris,
Regnat Olympo.
Perge, ſic cælum pete, ſic in aſtra
Itur, & ſedes ſuperum tenentur,
Sic tibi ſemper rediuiua ſurget
Fama ſuperſtes.
Excipe extremam Petronila vocem,
Occidit noſtrum genus omne, ſæuis
Ni manu forti reuocas ab orci
Faucibus atri.

FRANCISCVS DE HORTEGA Rhetoricus.

NOn timent æui rabiem pudica
Mẽbra, vel centũ licet vſq; luſtris
Et ſub Alpino tumulata ſidant,
Frigida ſaxo.
Teſtis annoſæ Petronila febris
Fracta prẽduro toties labore,
Quæ ferum fertur grauìs allocuta,
Voce Tyrannum.
Corpus hoc nunquam, fuge ſuſpicari,
Polluet quiſquam, ſibi ſeruat aureis
Sponſus ex aſtris habiturus olim,
Omne per ęuum.

Hinc velut viſo colubro, mariti
Fugit amplexus generoſa proles,
Inclyti Patris, Dominoque ſacrat
Caſta pudorem.
O Decus cæli, precioſa gemma,
Anuli ſponſi Petronila Chriſti,
Ictibus morbi rapidi polita,
Dignaque cælo.

AVGVSTINVS RAMIREZ, Rhetoricus.

GEmma diuini Petronila Petri,
Quã febres morbis poliere crebris,
Cor tui noſtrum feriant amorum,
Ictibus ictus.
Te caput mundi genuit ſupremum,
Anuli vt ſponſi ſedeas in orbe,
Vt tuum partes videãt nitorem,
Quatuor Orbis.
Pneuma te patris digitus ſedere,
Anulo in cæli voluit ſacrati,
Vt tuis firmet meritis, petitę
Scripta ſalutis.
Petrus vt ſummus Solymę Quirinę
Pontifex gemmas alias in vna
Filiæ oſtentat, quia totus ardet
Splendor in vna.

Hanc

Hanc pater cernens meliora nobis
Dona conceſsit, quibus ille quantum
Diligat natam docet, & per illam
Diligat omnes.

LAZARVS MARTINEZ, Rhetoricus.

CLarus o quantum per inane candet
Splendor? o quali radiat nitore
Æthra? quid lucis, quid ab axe fulget
Luminis alto?
Quę vel è terris rutilat ſacrato
Pompa ſpectacli? quis honore tanto
Gaudet? ac tali fruitur coruſca
Luce ſub aſtris.
Ecce iam virgo veneranda ad alta
Regna conſcendit, nitidus lapillus
Carcere exciſſus Petronila Petri,
Digna propago.
Cuius admirans faciem ſtupeſcit
Sol, & aurato pauet acta curſu
Luna, & illuſtris reueretur omnis
Machina cœli.
O magis claro ſpecioſa Phœbo
Gemma, flammanti renitens Pyropo,
Anulo Regis meritis ſuperni,
Digna locari.

PETRVS PARDO Rhetoricus,

RVmpitur nullo violenter ictu,
Nec callet flâmis Adamas coruscis
Nam valet ferrum, valet & rubentes,
Vincere flammas.
In Petronilam male sanus ictus
Mundus intorsit, tamen alma virgo
Lubricos ictus, & acerba mundi.
Vulnera vitat.
Sæpe vibrauit Paphius Cupido,
In Petronilam faculas voraces,
Sed velut stellans Adamas rapace
Alget in igne.
Ergo præfulgens Adamas Polorum,
Gemma candenti rutilans nitore,
Luce flammanti decora venustum
Culmen Olympo.
Te tuus sponsus voluit periclis,
Et truci morbo sibi perpolire,
Namque te Christus statuit locare,
Pectore in imo-

D. ILLEFONSVS DE Alaues.

EGLO-

EGLOGAS.

PIEDRAS DE OIOS. Y EN EL pecho de vn Sumo Sacerdote, que es lo mismo que Pastor, otro Argos solicito representan. Este pues pastorea en esta Floresta Latina a las dos blancas ouejuelas de Lucia, y Petronila: que apacentadas entre las castas azucenas de IESVS, y de MARIA, hazen agradable, y apacible materia de pasiles Eglogas, tan ingeniosas de suyo, que sino es remitiendolas al ingenio del Lector discreto, y entendido, no pueden ser conocidas.

Lyci-

Lycidas, & Iolas.

Por Iolas se entiende Christo N.S.

Iol. POne metum Lycida, longas iam pone querelas,
Ecce tuus Iolas valet, & tibi carmina dictat.
Lyc. Scilicet vt patriæ corruptas fugimus auras,
Et riguos campi montes, saltusque salubres
Venimus, effætos venit quoque robur in artus.
Iol. Diffugit macies, diffugit corpore pallor,
Et somnus vigiles irrepsit blandus ocellos.
Lyc. Lętitiæ quæ causa precor tibi noster Iolas?
Iol. Dicite pastores noua gaudia, dicite Iolę.
Iam valeat festiua suo cum Principe tellus,
Certum est in patrijs æuum consumere syluis,
Hic lætus pomis, & vili pascor oliua,
Lætus & hìc inter candentia lilia pascor,
Lilia virgineos ducunt quæ splendida cętus
Hinc, atque hinc semper mediũ comitantur euntę,
Lilia pura placent, manibus date lilia plenis,
Dicite Pastores noua gaudia, dicite Iolæ.
Lyc. Te iuuenis venerande sequar, quantumque benigna
Astra dabunt vitæ contentus paupere tecto,
Hic viuam tibi secretis inglorius aruis.

PETRVS PARDO,
Rhetoricus.

Alexis

Alexis solus.

Por Alexis se entiende Christo N.S. y por Lucela y Lesbia las dos sagradas virgines S. Lucia, y S. Petronila.

Ale. PAscite oues, teneras herbas, per pabula læta,
Pascite, nec plenis ignauæ parcite campis.
Quantum vos tota minuetis luce, resectum
Fecundo tantum per noctem rore resurget.
Tu vero vigil, atque comes, tu fide Lyciſca,
Dum pascent ille latè per prata, luporum
Incursus subitos, sæuasque auerte rapinas.
Interea hic ego muscoso prostratus in antro
Ipse meos solus mecum meditabor amores,
Atque animi curas dulci solabor auena:
O dulces sponsæ Lucela, & Lesbia, amoris
Vos monumenta mei, vos candida lilia, sponsus
Inter quę lætus spaciatur, & inclita gaudet
Pignora dum cernit, proprium testantia amorem.
Vos mihi delitiæ, vos gaudia, nil sine vobis
Dulce mihi, lætus quamuis arrideat æther;
Dulce apibus flores, riui sitientibus herbis,
Gramen oui, capræ Cythisus, vos lilia Alexi.
Inter vos pascor velut inter lilia sponsus.

PETRVS DE YBARRA
Rhetoricus.

DA-

Damon, & Corydon.

Por Tyrsis se entiende Christo N.S.

Da. PAstorum præclara Cohors, quos Tyrsis amauit
Quosque sibi semper socios ad pinguia rura
Delegit, pascatis oues, seu faucibus Vrsi
Eripitis, pingui, seu flumine prata rigatis,
Daphnidis, aut magnas tentatis arundine laudes,
Ponite nunc curas, & pectine plectra mouete.
Cingite flore comas, Tyrsim celebrate canendo.
Cor. Te cythara sequimur, modulare per aera versus,
Da. Mecum ergo viridi paulum considite in herba,
Sic uobis patrias circum vernantia ripas,
Prata, neque hybernis niuibus viduata, neque æstu
Sufficiant varios in serta nitentia flores.
Cor. Fare, age, quę nobis hodie spectacula narras?
Da. Vidi ego, vidi ipse hic Tyrsim per prata canendo
Ducere sæpe dies, noctesque errare canendo.
Vidi carpentem nitida inter lilia flores,
Flores, queis capiti diuino serta pararet.
Casta legebat lilia, solum lilia amabat,
Ex imoque trahens suspiria pectore, dixit,
Lilia proh nostrum testantia lilia amorem.

ROCHVS DE PASTRANA

Rhetoricus.

Hr

Aristeus, Daphnis, & Micon.

Por Aristeo se entiende Christo nuestro Señor.

Dap Dic mihi chare Micó, qd molli in littore ruper
Dũ vagor, atq; pecus tenerũ deduco, videbar
Exaudire? nouus Pastor num venit ad oras?
Mic. Quam bene dum siculis errábant montibus agnæ
Hæ mihi dulciſonæ visæ resonare querelę.
Nulla mihi sine te rident loca, displicet ęqvor,
Sordet terra ferax, odi cum Principe campos.
Quæsiui subito tanti quæ causa doloris
Esset, cum Pastor dedit has e pectore voces.
Lilia perquiro, solum queis gaudeo pasci,
Nulla tamen reperi; cuare nisi triste reuoluo
Pectore nil, nimium si te iuga frondea, si te
Arbuta, pascentesque iuuant per rura capellę,
Sic mihi pulchra simul pasci inter lilia gratum.
Dixit, & auertens subito de littore cesit.
Hic nouus est tandem Pastor, quem iure requiris,
Lilia iam reperit, reperit, lætęque quiescit.

PHILIPPVS MVÑOZ
Rhetoricus.

Mæli-

Mælibæus, & Corydon.

Mæ. CVr Corydō ſuſpēſus ades? [*Cor.*] Mirabar ouil
Deſertum Dorilæ, & pecudes per rura vagāte
Triſtia flebilibus, complentes arua querelis,
Nil te crudelis fletus, nil cura remordet?
Solas paſtor oues potuiſti linquere in aruis?
Nos miſeræ; poſt hac qua te regione ſequemur?
